

beneficiorum necnon residua acta et mandata ipsa omnia sub
 sigillis eorum tibi debeant assignare⁸. volumus et man-
 damus, quod, certificatus ad plenum per eundem iudicem et
 notarios de quantitate pecunie recollecte per eundem Heliam
 de predicta generali subventionem, et a quibus et de ea, que re-
 manet colligenda, totum id, quod recolligendum restat, in-
 stenter recolligas et tam pecuniam ex ipsa generali subven-
 tione quam predictis residuis et undecunque proventuram ad
 manus tuas ad cameram nostram castri Salvatoris ad mare
 de Napoli per sufficientes nuncios tuos mittas et de ea
 nichil expendas vel exhibeas absque specialibus lit-
 teris nostris patentibus sub utroque sigillo nostro magno
 et parvo secreto tibi propterea dirigendis. predictos autem
 iudicem Bonumhominem in iudicem et assessorem et
 notarium Gualterium in actorem notarium tecum reti-
 neas usque ad nostre beneplacitum voluntatis; quibus pro
 tempore, quo in officiis ipsis erunt, de mandato nostro
 statuta eorum gagia solvas de pecunia proventuum of-
 ficii tui, que erunt per manus tuas, ad rationem de nu-
 cius auri sedecim pro predicto iudice et nunciis ~~sex~~ octo
 pro predicto ~~notario~~ notario parvi ponderis curie per annum.
 a quibus iudice et notariis requiras et recipias capitula
 constitutiones et statuta quolibet dicto Helie sub sigillo
 celsitudinis nostre tradita, et ea, quatenus ad te spectat,
 officii tui tempore inviolabiliter observes et facias observari;

~~transmissum report~~